Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dunit de tenebris lumen splendescere qui illuxit in cordibus nris. ad illuminationem notitie claritatis dei. in facie ihu xpi. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus ut sublimitas sit virtutis dei. et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur. sed non angustiamur. Aporiamur. sed non destituimur. Deiicimur. sed non perimus: semper mortificationem ihu in corpore nro circumferentes. ut et vita ihu xpi in corporib' nris manifestetur. Nullo t. Cum sciret machabeus stet. et ihu secum sunt ei duo cum: clamantes et dicentes. miserere nri fili dauid. Cum autem venisset domum. accesserunt ad eum cum. Et dicit eis ihs. Creditis quia possum hoc facere vobis. Dicunt ei. Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secundum fidem vram fiat vobis. Et aperti sunt oculi illorum. Et comminatus est eis ihs dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamaverunt eum in tota terra illa. Egressis autem illis. ecce obtulerunt ei hominem mutum demonium habentem. Et ejecto demonio locutus est mutus. et admirate sunt turbe dicentes. Numquam apparuit sic in israel. Pharisei autem dicebant. In principe demoniorum ejicit demones. Et circuibat ihs civitates omnes et castella docens in synagogis eorum. et predicans evangelium regni. et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Feria vi. Ad cormichi.

Reges. Fugite ab idolorum culturis ut prudentibus loquor. vos ipsi iudicate quod dico. Calicem benedictionis cui benedicimus. nonne communicatio sanguinis xpi est. Et panis quem frangimus. nonne participatio corporis dni est. Quoniam unus panis et unum corpus multi sumus. omnes qui de uno pane et de uno calice participamus. in xpo ihu dno nro. S. matth.

Nullo t. Exprobrare civitatibus in quib' facte sunt plurime virtutes eius: quia non egissent penitentiam. Ve tibi corozaim. ve tibi bethsaida. quia si in tyro et sydone facte essent virtutes que facte sunt in vobis. olim in cilicio et cinere penitentiam egissent. Verumtamen dico vobis. tyro et sydoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et tu capharnaum: numquid usque in celum exaltaberis. usque in infernum descendes: quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sunt in te. forte mansissent usque in hodiernum diem. Verumtamen dico vobis quia terre sodomorum in gomorreorum remissius erit in die iudicii quam tibi.

Respice dne in testamentum tuum et animas pau- Dnica xvi.